GG. Zielinskich Coniugum Advitalitas

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus
Generosi Stanislaus Zielenski ab una et Christina de Jaskmanice ab altera
partibus sani mentibus et corporibus existentes a terminis districtibus juribus universis
nobilibus ac aliis quibuslibet propriis et competentibus recedendo. Officium vero Castrense Capitaneale
Premysliense iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet seque suis dicentibus ac
iuribus quibusvis omnibus totaliter ac plenarie incorporando subijcientes palam libere
publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsivè pro interesse suo
recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri bonorum suorum quorumvis
hereditariorum obligatoriorum mobilium immobilium ac summarum quarumvis
pecuniarum necnon auri argenti clenodiorum monilium vestimentorum ...
... pecudum equorum equarum ac totius suppel-
lectilis domesticae nunc habitorum et posthac habendorum mutuam et reciprocam
advitalitatem inscribunt et concedunt praesentibus ad extrema vitae suae tem-
pora. tali videlicet modo et ordine Quod si primum praedictam Generosam Chri-
stinam de Jaskmanice Coniugem suam quam ipsum Generosum Stanislaum
Zielenski maritum suum e vivis decedere contigerit extunc idem Gene-
rosus Stanislaus Zielenski superstes bona sua omnia hereditaria
obligatoria mobilia immobilia ac res omnes supradictas iuri advitalitatis subiectas
cum omni eorundem bonorum ac rerum iure dominio et proprietate cum omnibus
et singulis utilitatibus fructibus commodis emolumentis proventibus redditibus
attinentiis et pertinentiis in universum omnibus nullis penitus exceptis totaliter
ac plenarie tenebit habebit et possidebit ac illis quiete et pacifice uti
fruetur ad extrema duntaxat vitae suae tempora. Post decessum vero
mariti sui extunc bona sua omnia ac res omnes supradictas more consueto suo
devolvantur ad successores eiusdem Generosae Christinae de Jaskmanice Coniugis suae
sine quovis impedimento et contradictione successorum ... totaliter
ac plenarie convertentur et devolventur. Similiter etiam si praedictum
Generosum Stanislaum Zielinski maritum suum quam ipsam Generosam

Coniugem

Coniugem suam de hac luce decedere contigerit extunc eadem Generosa Christina de Jask-
manice Consors sua bona sua omnia hereditaria obligatoria mobilia et immobilia
ac res omnes supradictas more mariti sui descriptas cum omni eorundem bonorum
ac rerum iure dominio et proprietate omnibusque et singulis utilitatibus fructibus commo-
dis emolumentis obventionibus beneficiis quibusvis et competentibus attinentiis et pertinentiis in
universum omnibus tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pacifice uti fru-
etur ad extrema vitae suae tempora. Post mortem vero et decessum praedictae Con-
[illegible] extunc bona sua omnia ac res omnes supradictas more praedicti
mariti sui devolvantur ad successores mariti sui sine quovis impedimento et contradi-
ctione Generosae Christinae de Jaskmanice Coniugis suae totaliter et plenarie
devolvi debent et devolventur.

Feria Quarta post Festum Nativitatis Beatissimae Mariae Virginis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Sexto. 10/IX 1636

GG. Vilam et Gorayski Robrant

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premy-
sliensibus Generosi Joannes de Kahtany Vilam ab una et Joannes de Goray
Gorayski ab altera partibus sani mentibus et corporibus existentes a terminis districti-
bus iuribus universis nobilibus ac aliis quibuslibet propriis et competentibus recedendo. Offi-
cium vero Castrense Capitaneale Premysliense iurisdictioni ac iuribus suis dicentibus
ac bonis suis omnibus quo ad actum praesentem attinet et totaliter ac plenarie incorpo-
rando subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt
et quilibet illorum seorsivè pro interesse suo recognovit. Quia ipsi et
posteritatem praefatus Generosus Vilamowski et Generosorum Stanislai
et Christophori Vilamow fratrum suorum germanorum progenitorum ra-
tificatione cavet ac se ... inscribit ... ac suos successores in et
super bonis ... omnibus ac summis pecuniarum quibusvis mutuo
et invicem una pars alteri ac posteri utriusque partis inscribunt et
obligant praesentibus ... interesse ... et ... debentes et ...